



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

63 Interdictum Papae violans, est ipso jure suspensus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

<sup>57</sup> Iudices, † quoque ecclesiastici pluribus de causis suspensionis pœnam incurunt.

Primi enim judges conservatores Sedis Apostolicæ; qui, cum de manifestis injuriis, & molestiis tantum possint cognoscere, juxta concil. Trident. cap. 5. de reformat. sicc. 14. scienter tamen in aliis non manifestis absque Sedis Apostolicæ speciali commissione intramittunt, per annum ab officio sunt suspensi, ut in cap. 5. & Navar. in Manual. cap. 27. n. 157. vers. nona. Et Greg. XIII. omnibus regularibus concessit, ut in civitatibus Italæ sibi conservatores eligerent, coram quibus convenienter, semelque electos non mutantur; & eorum nomina intra mensem locorum Episcopis indicarent, alioquin coram ipsis Ordinariis conveniri possint, ut in decis. concil super eod. cap. 5. sub. tit. jud. conservat.

<sup>58</sup> † Conservatoriæ autem Universitatum collegiorum regularium, & similium non sunt sublatæ per concil. Trid. ut in decis. super eod. cap. 5. sub. tit. Mediolanen. Lovaniens. sed Universitatum proustantium doctoribus, & scholaribus in eisdem Universitatibus operam suam navantibus, ut ibi, sub. titulo. Oſcen.

<sup>59</sup> Secundò, † judges ecclesiastici, debita juris monitione non premissa, sententiæ excommunicationis ferentes, ab ingressu ecclesiæ per mensem sunt ipso iure suspensi, cap. de illicta, 24. quest. 3. cap. sacros. & ibi gloss. in ver. per mensem, de sent. excom. Navar. in Manual. d. 5. 27. n. 156. vers. quinta. Et hanc pœnam non incurunt Episcopi, cum eorum non sit fa-

cta mentio specialis, c. quia periculosem, de sen. excom. in 6.

<sup>60</sup> Tertiò, † judges sententiam excommunicationis, suspensionis, aut interdicti sine scriptis, vel sine causæ expressione ferentes, vel requisiti copiam scripture intra mensem non tradentes ab ingressu ecclesiæ, & divinis officiis per mensem sunt suspensi, ut in cap. c. cum medicinalis de sent. excom. in 6. & Navar. d. n. 256. vers. sexta.

Quartò, † visitatores, qui in visitatione aliquid accipiunt ultra victualia, & que ex juris dispositione in visitatione capere possunt, ut cap. exigit, de cens. in 6. & concil. Trid. cap. 3. de reformat. sicc. 24. Et de pluribus suspensionibus à jure laicis habetur per gloss. in item. cupientes, in verb. suspensi, de penit.

Plus bus etiam de causis per ordinum susceptionem clerici suspensionis pœnam incurunt, de quibus supra in c. 1. par. 3. † Et clericum homicidum mirum est, putare, post perpetratum homicidium posse in facerdotio ministrare, immo studere velle, ut tali prebeatur assensus, nemo tam derdens, tamque perversi sensus esset debet, ut post quantumcumque pœnitentiam tale quid concedendum presumatur; cum omnino canonica disciplina sit contrarium; & debeat sacerdotio privatus lachrymarum fonte flagitium tam immane diluere, ut tali saltem remedio curatus, salutis possit invenire suffragium, ut inquit rex. in cap. miror, 5. dist. eriam si homicidii aut facto, aut pracepto, aut consilio, aut defensione tantum conclus fuerit cap. si quis viduam, ead. 50. dist. & cap. sicut dignum, 5. clericos autem de homicid.

<sup>63</sup> Interdictum † Papæ violans est ipso ju-

- re suspensus, cap. fin. in fin. de except. Pra-  
lat. conversus de hæresi, & apostata, cap. 2.  
& 3. 1. quæst. 7.
- 64 † Celebrans, ac dimittens Missam im  
perfectam, c. nullus Episc. de consecr.  
dist. 1.
- 65 † Et qui se sponte castravit, etiam ut  
caste viveret, cap. significavit, de cohabit.  
cleric. & mul. & c. si quis pro aggritudine, ss.  
distin. Qui eruit alteri oculum cap. fin. ead.  
dist.
- 66 † Ac publici fornicatores, & adulteri  
sunt etiam ab officio suspensi, ut in cap. fin.  
junct. gloss. in verb. proposito, de cohabit.  
cleric. & mul. Sylvest. in ver. cleric. 2. §.  
5. & est communis opinio, de qua testatur  
Cou. prin. par. relect. §. 1. num. 5. quem  
sequitur Card. Tolet, in instruct. sacer.  
d. lib. 1. cap. 47. numer. 9. Et de pluribus  
suspensionibus à jure latis habetur per  
gloss. in elem. cupientes, in verb. suspensi  
de pæn.
- 67 Ab homine † sunt suspendendi: 71  
Primo, qui Ecclesiæ, & eius canonici  
bus obediens recusat, cap. hac consona,  
25. quæst. 1. & cap. nullifas, in fin. 76  
19. dist.
- 68 Secundò, † Princeps prohibens synodi  
celebrationem, qui est à sacramentali  
communione suspendendus, cap. quoniam  
quidem §. bune ergo, & ibi gloss. in verb. 77  
communione, 18. dist.
- 69 Tertiò clericus non cessans à ludo,  
& ebrietati deserviens, quia ebrietas est  
omnium vitiorum fomes, & nutrix, cap.,  
Episcopus, & cap. fin. 35. dist.
- 70 Quartò, † cum mulieribus suspectis  
impudenter habitantes, cap. Archidiaco-  
num, 81. dist. & incorrigibiles nolentes à  
mulierum cohabitatione cessare. Quia
- incontinentes omni honore ecclesiastico  
sunt privandi, cap. proposuisti, 82.  
distin.
- 71 Quintò, † scribens litteras sub nomine  
majoris partis capituli, licet major pars  
non intervenerit, ab officio, & beneficio  
debet denunciari suspensus; donec  
mereatur à Papa indulgentiam obti-  
nere; cap. tam litteris, de test. & c. quan-  
to, de his, quæst. à pr. lat. fin. cons. c. 6.
- 72 Sexto, † infirmatus de simonia propter  
scandalum, donec constet de veritate, est  
à Missarum celebratione suspendendus,  
cap. accusatus, & ibi gloss. & cap. seq. de  
simon.
- 73 Septimò, † presbyter diffamatus, quod  
cognoverit mulierem in ecclesia; c. signi-  
ficasti, in fin. de adult.
- 74 Octavò, † subtrahentes instrumenta  
proprietatis ecclesiæ, ex quibus ec-  
clesia sua jura tueri potest, cap. si quis,  
12. quæst. 2.
- 75 Nonò, † occupantes res ecclesiæ, intui-  
tu secularis potentiae, cap. qui res, de  
Eccles. non alien.
- 76 Decimò, † sacerdotes male custo-  
dientes Eucharistiam, si quid inde enor-  
me sequatur: qui tribus mensibus ab  
officio sunt suspendendi, cap. 1. de cu-  
stod. Euch.
- 77 Undecimò, † dignitatem, vel electio-  
nem de manu laici suscipientes, cap.  
si quis deinceps junc. gloss. in verb. interdi-  
cimus, & c. seq. 16. q. 7. & c. quisquis, &  
ibi gloss. in verb. stat. de elect.
- 78 Duodecimò, † ecclesiastice personæ,  
quæ dum officia recitantur in choro, silen-  
tium fugientes intendunt exterius collo-  
cationibus laicorum: & dum auditum  
ad indebitos sermones effundunt, aures  
inten.